Fragmentarium

o & menſib; trib; .
t alexandrie.
nnis ciuitas fieri
ui ſe fingerent
tione dnica con
tio. Ille autem
ncipauit. Poſt
ratos. Beatiſſi
puit. non ob
migraret ad do
e corona marty
a fugabat. &
es preſtabat.
uiuiſſet. Itaq;
xpi uirginum
n iuſſit ſepeliri
odochium fabri
regrinantium
um beatiſſimi
tiſſima eugenia
gaudio ſenat
alterum uero
um multe
uirgines potu
credere. & inuir
te uirgo baſilla
cauſa nominis
um fidelem. ut
genia conuocat
dicit eis. Acci
uos baſille ſub
ncillam. Fit itaq;

huiuſmodi muneris gratia: & ſuſcepit baſilla quaſi famulos. quos quaſi apostolos adorabat. Vacabat autem cum eis omni hora: non diebus non noctibus a colloquiis dei & oratione ceſſans. Eo igitur tempore beatiſſimus cornelius cum eſſet in urbe roma ſacre legis antiſtes: peruenit ad eum latenter hec eadem uirgo. & baptizauit eam. Confirmata autem beata baſilla in timore dei: precurrente miſericordia & gratia dei. pene omnibus noctibus mutuis ſe fruebantur aſpectibus ipſa & beata eugenia. Omnibus itaq; uiduis xpianis conuentus erat ad beatam claudiam: & omnibus uirginibus conuentus erat ad beatam filiam eius eugeniam. Sanctiſſimus autem cornelius papa urbis rome. omni ueſpere ſabbati que luceſcit in dominica die: agebat cum eis noctem ymnis peruigilem. & pullorum cantibus noctis quiete excluſa agebat eis ſacro ſca miſteria. Et ita confirmabat eas in fide xpi: omnibus noctibus ſabbatorum. Eugenia autem & baſilla ut memoraui: omnibus pene noctibus ſe fruebantur in xpo. & alterno ſe eloquio releuabant. O quantas per eugeniam uirgines ſaluator inuenit. quantas etiam per baſillam xpc ſponſas obtinuit: quante per claudiam uiduitatis bonum propria uoluntate ſeruauerunt. quanti iuuenes per protum & iacinctum xpo crediderunt. Valeriano itaq; & galieno imperantibus: orta eſt ſedicio xpianis. eo quod ciprianus carthagine euerteret. & cornelius romam. Et data eſt auctoritas ad paternum proconſulem: ut cyprianum occideret. Cornelius autem quia a multis romanis etiam illuſtribus fouebatur: erat in abditis. Tunc beata eugenia ait quodam die ad baſillam. Reuelatum eſt michi a domino: quod te tue uirginitatis agon expectat. Et baſilla ad eugeniam. Et michi inquid dignatus eſt dominus demonſtrare: quod martyrii coronam duplicem promereberis. Vnam quam apud alexandriam pro iuſtis laboribus adquiſiſti: alteram quam in effuſione tui ſanguinis conſequeris. Tunc beata eugenia expandens manus ſuas orauit dicens. Domine ihu xpe altiſſimi filius patris. qui ad ſalutem nostram uenisti per uirginem matrem. tu per uirginitatis premium omnes quas michi credidiſti uirgines perduc ad regnum glorie tue. Reſidentibus autem ſanctis uirginibus xpi que erant cum eugenia & baſilla: dixit

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, ms. lat. 5288, 24r – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k57p/418/36968)